

**L**ugdunum transalpine gallie vrbs. Vienne finitima. Octavianus augusti tempibus: Eusebio teste a numantio planco ciceronis discipulo oratoris clarissimo: in colle quodam vbi Arar vna rodanusq; miscentur condita fuit. Quaq; franciscus petrarca de ea scribat. Lugdunum nobilis et romanorum colonia est: pauloq; vetustior agrippa: duo hic noti amnes in mare mediterraneum curretes Arar rodanusq; conueniunt. Sonam incole appellat. Que sup reliquas gallie ciuitates Narbone excepta viroz clarissimoz ordine diu claruit vt Strabo habet. Na et vsui magno fuit illis Emporium ac in presentiarum est. Adnetam argenteam atq; auream eo in loco iussu augusti romani signabat duces. Templum etiam ab vniuersis gallis communi designatum impesa. Et augusto cesari dicatum: ante hac urbem edificatum est vbi flumiozum est conuicio. Adest et ara dignitatis eximie gentium. lx. numero inscriptum habes titulum. Earumq; singularum statua vna: hanc urbem genti olim Segosianorum presidere constabat. Que in rhodani et dabudis flumiozum medio iacet. Reliquae debinc gentes vergetes ad rhenum partim a dabude partim ab arare discernuntur. Hi naq; amnes ab alpibus r. lati deinde in vnum alueum confluentes delabunt in rhodanum. Rursus aut superas rhodanum viennam deferunt allobrogum metropolim. Tribus his flumibus euenit vt initio in aquilonem: debinc in occidentem deferant. Naq; in vnum tandem amnem confluens in austrum iterum curuat excurrit. Quoad erupat: alijs acceptis flumibus. Et hinc reliquum in mare cursus perficit. Templum vero vna cum tota regione sicut Seneca ad Lucillum refert facili igne suo tempe quo ad Agrippinam: videlicet tempe Senecae exustum est. Quam urbem inter celtas ascribere quibusdam placet. hinc plotinus (qui primus rome latinam rhetoricam docuit) duxit originem. a quo Cicero se rome puerum cum Q. fratre latine primum doctum retulit. hinc sanctus Augendus vita et miraculis clarus. hinc sanctus Desiderius episcopus. Et S. Baldomerus cuius miracula crebra ciuitatem reddunt illustrem. hinc romanus abbas: qui primus ibidem vitam heremiticam duxit. et multorum extitit pater monachorum. Ornat etiam haec ciuitas sancto Nicetio episcopo: et Hyreno episcopo polycarpi discipulo: qui ibi martyrio coronatus. In ea domicianus abbas: Lupus episcopus et anachorita. Antiochusq; episcopus qui in domino quiescit. Iustus preterea angelis primus ibi vitam finivit. Haec inclita vrbs francozum regibus diu paruit. Qui ibi solenes nundinas instituerunt. Vbi et pilatus et Herodes (vt fertur) a romanis principibus relegati vitam infamem finire. Lugdunum autem (vt aliquibus placet) a lugda Cesaris legione sic appellata illis locis frequenter hibernante dictum est. Lugda enim gallica lingua idem quod fulgur designat. Sic etiam vt refert Tacitus legio quedam romana apud hispanos locata est: cui nomen fuit Rapax ad terrendos his appellationibus populos: Nam nomina sunt ista pene timenda sono

Lion

